(7) Leges in Poruſſia variae fuerunt: iura autem *Magdeburgica* tenuerunt principatum.

Haec iura, das Magdeburgiſche Weichbild, *ex eo ſtatim tempore accepit Poruſſia, ex quo Chriſtianorum ſacris fuit initiata: cum antea non-ſcriptis conſuetudinibus vſa fuiſſet. In caſibus dubiis Scabinos conſuluerunt Magdeburgicos; vnde volumen hodienum in Poruſſia* die Magdeburgiſche Rechtsfragen. *Iuxta haec tamen in mercatura* a) *ius etiam Lubecenſe,* b) *in agricultura Flandricum,* das Flämiſche Recht, c) *in metallicis Friburgenſe in Miſnia adhibuerunt. An ius Culmenſe differat a Saxonico? Cauſae admiſſi iuris Magdeburgici* a) *celebritas eius,* b) *vicinarum gentium exempla,* c) *Archiepiſcopatus Magdeb. per omnem Slauoniam iurisdictio,* d) *quod Magiſtri ac fratres Ord. Teut. his iuribus fuerint aſſueti,* e) *aequitas eius.* Riccius *inprimis in tractatu Rapſodico de Iuris ciu. quantitate & qualitate; tum* Hartknochius, Okelius, Conringius, Hoppius *hic laudati:* Culmenſi *autem iure, quo nomine Magdeb. ſalutant, quod Culmenſes*

quidem modo. Elector eligit 6. totidemque auſtregas ordines, omnes Poruſſos. Vtriuſque placito eligitur director atque iudicio horum XIII. ſuffragatorum ſententia publicetur in vim iudicati. (a)

(a) Iura feudorum Poruſſiae multiplicia valde. Albert. I. 1542. conſtituit; ne feuda poſſiderent, niſi indigenae. Quod ſi alii inter ordines, niſi indigenatu accepto, non recipiantur. An. 1746. magiſter ordinis Teut. de Seichtenberg legem edidit: daß, wann im Samländiſchen ein Manns-Lehen ausſtirbet, die nächſte Tochter oder Schweſter bemannet, und die Lehensfolge derſelben zugeſtanden werden; Jedoch daß die Bemannung mit des Lehens-Herrn Conſens geſchehe. Quod confirmauit R. Pol. Caſimir. 1477. Feuda alienabilia ſunt ſecundum ius Magdeb. ſed domino competit ius protoemtionis; modo non ſit valetudinarius, nec ſpecimen edere ſciat valetudinis rectae.

Wann ein Vaſall ohne Manns-Erben ſtirbt, und eine Tochter hinterläſſet, ſolle der nächſte Schwerdmagen ſolche heyrathen, und das Lehen beſetzen, die nachherige Tochter aber ausſtatten.

So ſind auch in Preuſſen weder Lehensmuthung, noch inueſtiturae gewöhnlich, verum ſufficit, wanns eines Schild, und Helms, und Geſchlechts iſt.